

Megados Torugetis.

~~Zecme~~ minor, Rhegium sive ~~R. Pigi~~ ~~maius~~
et minus, Melantias et Melitias, Athyras
fluvius, Glykynero.

236
Leunclavii
: Pandectas
Hist. Turc.
196

Nomen Zecme significationem in lingua Turcica nul-
lum habet.

Quapropter a Graecis ad Turcos velut usurpatione
quoddam pervenisse arbitror, a Zeugma vel
Zeugma derivatum: id est, a juncturis pontium,
quibus elegantes duo Propontidis alvae illic ster-
nuntur in quorum alterum ad Zecmen

minorem se fluvius Athyras effundit. ---

Minor autem Zecme, sicut ~~Opous~~ minor, ad
discrimen majoris dicitur.

Theodosius Zygomatas putabat antiquis tempo-
ribus dictum fuisse Pigi, majus et minus,
et utrumque Constantini Magni opus fuisse.

Quod si verum est, ut equidem non dubito, intelligetur
Rhegii nomine ~~Parvi~~ Pontis oppidulum, sive Zecme
minoris, in historia Graeca manuscripta, titulo ca-
rente, capis obiter meminimus capite decimo, cum
narrat, imperante Justiniano primo, gravi terrae
motu non urbem modo deformatam, sed ipsa quoque
suburbia cum Rhegio subversa et abolita fuisse.

Non olim enim alia suburbia Constantinopoli
habuit, aut habere potuit, quam quae versus duplex
hoc Rhegium, pontem minorem et majorem pertinu-
erunt, ut hodieque testantur aedificiorum suburba-
norum maximae vel ruinae, vel rudera

Graecus etiam scriptor historiae Agathias noster,
libro quinto mentionem Rhegii facit, in descriptione

(Zkoyouci)

terrae motus ejusdem, ubi Rhēgium addit intrusor,
urbis esse, id est oppidum suburbanum, quod
stationem pro navibus habet.

Apud Cosmographorum principem Ortelium ex Procopio
Suidaque reperitur Melantias et Melitias, pagi
nomen in Thracia, centum duobus stadiis a
Byzantio dissiti, quem Athyras amnis alluat, pro-
sus hoc de Zecme vel Ponte minori accipiendum,
a Constantinopoli quindecim miliaribus graecis
disjuncto; quae a centum duobus stadiis nihil,
aut parum absunt.

Athyrae fluvii nomen hic in Aqua dulci nunc Ita-
liis est mutatum, graecis glykēro.

Pontes ambos, tam majorem, quam minorem, millia-
ribus decem ab se invicem dissitos, sultanus
Soleimanes, avus hujus Murat, tertii, maximo sum-
ptu refecit - - -

Quae quidem Athyras diversa non sunt ab hisce duobus
oppidis, quae disimus.

Et Zygomata adupa dicta, velut ὑπὸ γα, volebat
ex eo quod uti tunc, ita superioribus etiam
saeculis, oppida fuerint nullis portis clausa, nec
moenibus cineta.

Vulgo denique graecorum illud, πύρρος πύρα, hoc,
πύρρος πύρος, appellatur, ut paulo peritioribus
γύρρος πύρα et γύρρος πύρα.

opa 7 17/10/21